Amplissime et nobilissime Domine,

Nuper cum Clariss. D.D. Vorstius, qui ipsius est humanitas, amice mecum colloqueretur, incidit in sermonem de T. A. cui non ingratum fore dicebat, si meorum poëmatioru exemplar nancisceretur. Quanquam autem sciam hoc esse in lucum ligna ferre, tamen cum mihi hoc exemplar superesset, ausus fui id ad A. T. mittere: cui hoc saltem inde voluptatis obtinget, ut tam perditarum nugarum collatione, splendorem et maiestatem suæ poëseos recognoscat. Mihi vero si ineptus liber paranus fuerit ad conciliandam T. A. benevolentiam, præclare mecum actum putabo, ac ne me omnino T. A. favore indignu præstem omnem operam dabo. Adiunxissem Correctos a me psalmos Dathenicos, si habuissem. curabo autem ut Daventria huc advehantur, et ad A. T. manus perveniant, si id A. T. gratu esse comperero. Vale vir ampliss. et nobiliss. Lugd Bat. 7 Id. febr. 1642

T. A. studiosiss.

Jacobus Revius.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

B.P.L. 1961

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2943

Ampliss. nobiliss. clariss.
D. D. Constantino
Hugenio Equiti,
Consiliario Celsiss.
Principis etc.

Haga - Comitis.

Hollande

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2943